



Disputatio medica inauguralis de inflammatione in genere

<https://hdl.handle.net/1874/343306>

48.

DISPUTATIO MEDICA ,
INAUGURALIS
DE
INFLAMMATIONE
IN GENERE.

QVAM,
AUSPICE DEO OPT. MAX.
Auctoritate Magnifici D Rectoris,

JOANNIS GEORGII GRAEVII.

Politices, Eloquentiae & Historiarum Professo-
ris Ordinarii.

N E C N O N

*Amplissimi Senatus Academici Consensu, Nobilissimeque
Facultatis MEDICÆ Decreto,*

PRO GRADU DOCTORATUS,
Summisque in MEDICINA Honoribus & Privilegiis
rite & legitime consequendis,
Eruditorum examini subjicit,

HERMANNUS LEMMENS ; Clivensis.

Ad diem 26. Januar. horis locoqne solitis.



TRAJECTI ad RHENUM,

Ex Officina FRANCISCI HALMA, Academiæ,
Typographi, clc Icc xci.

Admodum Reverendo Amplissimo Domino
D: VICTORI DUYFHUY S
præfecto, & Cathedrali Ecclesiæ ca-
nonicorum Clivis Decano. Mihi à
tenerrima Juventute ad hoc usque
tempus propitio, paterno amore
semper venerando.

N E C N O N

Doctissimo Expertissimo Viro
D:HEIDENTRICO OVERCAMP
M: D: apud Amstelodamenses pra-
etico fœlicissimo, studiorum meo-
rum fautori & promotori, dum spi-
ritus, hos reget artus, Honorando,
U T E T

D. ANDREA RAVENSTEYN,
principis Nassovii quæstori; & Cli-
vorum ab ærariis præfecto, olim præ-
ceptori meo in Chirurgia vigilantif-
mo dum vivam colendo.

Hanc Meditationem sacram inscribit,
HERMANNUS LEMMENS.
Auctor.

DISPUTATIO MEDICA

INAUGURALIS,

D E

INFLAMMATIONE IN GENERE.

I.



Nter genera omnium Morborum quibus corpora humana cruciantur, PHLEG-
MONE à nobis INFLAMMATIO dicta : de quâ in hisce tractabimus non una ex minimis, verum ex præci-
pui est existimanda.

II.

Ad hanc vero à multis aliis recte discernendam, eam cum ipsius asseclis, vel potius signis; quibus ea veré agno-
scitur, hic in publicum proferemus.

III.

PHLEGMONE seu INFLAMMATIO, est fermentatio peregrina, aut perturbata succorum mixtio, in vasculis ab hacce materia obstructis hærens; tumore, calore, rubidine, dolore, splendore, pulsatione, reniten-
tiâ, & ad Ultimum febri comitata.

IV.

Idiopathica aut Symptomatica ejus est differentia, vel simplex ac contagiosa, nec non paruum affectione; alia quo-

A 2 niam

DISPUTATIO MEDICA

4
niam in hac majus aut minus periculum hæret, simuletiam
Nominibus; Scilicet *Inflammatio cerebri*, *Phrenitis* ap-
pellatur, *Oculorum Ophthalmia*, *Gula* earumque partium
Angina; *Pulmonum Peripneumonia*, *Membrana thoracis
interna*, *Pleuris*, similiaque alia uti *furunculi anthraces* &c.
quoniam omnes musculorum Membranarumque &
succos gerentes partes INFLAMMATIONI sunt
subjectæ, qnæ iterum suis differentiis, diversa symptoma-
ta, ac signa gignunt.

V.

Omnia horum INFLAMMATIONUM cau-
sa, aut est *aer*, vel *frigus*, vel *alimenta*, ex quibus san-
guis nimis crassus, viscosus, acidus, nec non acris gene-
ratur; Vel etiam à *compressione* & *angustia vasorum*, ex
quibus *obstructiones*, tum demum ex iis *perturbata mix-
tio*, *peregrinaque fermentatio* in hac vel in illa parte corpo-
rum producuntur.

V I.

Ex succis nostris *Phænomena*, considerando in quo sta-
tu & actione sint, deducemus. Imprimis *Tumor* imme-
diate ex hisce prioribus *obstructis* extensisque vasculis se-
quitur, quæ continuò propter sanguinem transfluentem
adhuc sese ulterius extendere coguntur.

V II.

Calor nil aliud qnam celeriorem ac irregularē malum
corporum seu particularum supponit, qui in hisce simili
modo generatur; quoniam Materia Ætherea per hæc vasa
obstructa, & male mixtos ac fermentantes succos, fulmi-
nis instar omnia disperget ac dislocat; ex quo celeriori motu
& contritu calorem præternaturalem percipimus.

V III.

Ab influxu ruentis matheræ Æthereæ per succos incrassatos & male mixtos, *Rubedo* dependet; qui sanguinem
adhuc circulantem incrassari & in circulatione retardare
solet;

solet; qua propter vasa adjacentia comprimuntur & coarctantur; quæ de re *colorum* ob diurniorem præsentiam sanguinis fermentantis *rubicundum* magis demonstrat.

I X.

Vasa nostra succis istis ita obstructa, interno eorum actu, ac impellente posteriori sanguine, dilatationem patiuntur; tam vehementem; ut à naturali eorum contractione, peristaltici motus sint orbata: quæ extensio ideam *doloris* proferre valet; Nil minus in hisce acidæ & salinæ particulae efficiunt, quæ à sua naturali, vel probâ mixtione particularum destitutæ; vasorum fibrillas discindunt ac dissecant & ita *dolorum* producunt.

X.

Per hæc vasa extensa, aliasque partes, major ac æquallior nostro visui superficies nascitur: qua propter succi melius perlucere valent; & tunc demum *splendor* appellatur.

X I.

Pulsatio producitur. Quoniam Arteriæ per has obstructions & expansiones premuntur & coarctantur: ita ut sanguis ex corde pressus, majori vi has angustiores vias permeare coactus sit: pulsus partibus adjacentibus melius communicatur;

X I I.

Hi succi jam jam majorem crassitiem, & particularum secessionem habentes; & secundum hunc statum fermentantes, interiorique suo actu, nobis lideam *renitentia* præbent.

X I I I.

Ex dicta perturbata, malaque mixtione fermentantis sanguinis, in hisce vasculis obstructis tandem febris oritur: Nempe cum Materia Ætherea perniciofa, ut ita dicam, per eam indestinenter transfluendo, semper aliquid ipsius proprietatis nostro circulanti sanguini communicat;

DISPUTATIO MEDICA

ex quibus tandem corruptio omnium succorum, vel ut plenius dicam, ipsorum *perturbata mixtio* oriri solet.

X I V.

Pro ratione & magnitudine Symptomatum, nec non affectarum partium, majus aut minus periculum Indicitur; quoniam una magis necessaria altera, & ad sustentationem nostrae vita utilior, ex: grat: *Phrenitis* periculosior est aliquibus aliis INFLAMMATIONIBUS; quoniam in cerebri substantia spiritus, secernuntur; quibus omnes motus nostrorum corporum efficiuntur. *Insalubrior Pneumonia Pleuritide*; quoniam *Pulmo* in & exspiratio-
nis aëris fons est: sine qua nobis impossibile esset subsisterre, & sic eadem ratio de ceteris partibus affectis vel affi-
ciendis.

X V.

Explicatis jam INFLAMMATIONUM causis, ea-
rumque *Phænomenis*, merito a nobis curatio erit exigen-
da; quoniam hic morbus nonsolum ratione, verum etiam validis & exquisitis remediis curari consuevit.

X V I.

Qua propter generalia aliqua medicamina INFLAM-
MATIONI; vel potius fermentantibus male mixtionis
succis resistentia; nec non Obstructiones resolventia, adhi-
beantur, nulla vero specifica præscribemus, quia pro diver-
sitate locorum, & status, & differentia horum affectuum,
medicamina necessario varianda sunt.

X V I I.

Ex variis & multis ex his sequentibus, electio fiat uti-
funt. Rad: *Angelica*, *galang*, *Imperator*; calam: *arom*,
enul camp. *levistic*, *bronia*, Herb: *absinth*; *scordii*: *phi-*
landi, *rute*; *rorismarin*; *salvo*. *Althea*, *flor camomelli*
sambuc; *melilot*; *croci*, sem: *anisi*, *levistici*, *cumini car-*
dam; baco: *Juniper*: & *lauri*, *omnia aromata*, *casto-*
reum, *gummi*: *ammoniac*, *myrrh aloe*; *assa fætida cam-*
phore,

INAUGURALIS. 7

*phora, opium, Ocul. cancri: cæti, salabsint, tartari,
Nitri, Volatil: Corn. Cerv: volatil: succini; tartari vi-
triol; Sacchar: saturn; Sp: salis armon; Sp: Matri-
cal; Sp: C. C. Multaque alia volatilia & alcalia, Scaten-
tia salibus fixis & volatilibus, oleosis, nec non spiritibus.*

X V I I I .

Ex quibus pro in & externo usu, variæ præparationes con-
fici possunt, quibus etiam apte debiteque usis, integrum,
& tutam omnium INFLAMMATIONUM, earumque
horrendorum Symptomatum, curam assero.

X I X .

*Vena seccio plurimum in initio & in corporibus validis
præsertim in Phrenitid, & in summis doloribus convenit; è
contra nulla purgatio: verum si alvus esset adstructa, Cly-
stere hoc opus efficiatur.*



2. J. I. H. C O-

COROLLARIA.

Nimia quantitas sanguinis non
producit morbum

Omnis morbus non semper ab obstru-
ctione dependet.

Dolor non semper ab obstructione pro-
cedit.

Sudor calorem non semper supponit.

In Apoplexia non est integra obstru-
ctio ventriculorum cerebri.

Dejecta appetentia & magna fatis non
semper calorem supponunt.

F I N I S.